

# PROF. CHRISTOPH JOHANN CONRAD ENGELBRECHT

Fakultät	Juristische Fakultät
Geboren	1690 in Helmstedt
Gestorben	1724 in Helmstedt
Kurzvita	Jur. ao. Prof. in Helmstedt (1716–1719); Jur. o. Prof. in Helmstedt (1719–1724);
Quelle	Ahrens 2004, S. 70 f.
GND	<a href="https://d-nb.info/gnd/141210680">https://d-nb.info/gnd/141210680</a>
Permalink	<a href="https://uni-helmstedt.hab.de/prof-61-engelbrecht">https://uni-helmstedt.hab.de/prof-61-engelbrecht</a>

## Lehrstühle

1716–1719 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

1719–1724 Lehrstuhl für [o. A.], Helmstedt

## Vorlesungen (27)

Christophorvs Ioannes Conradvs Engelbrecht clementissima Serenissimorum atque Potentissimorum Academiae Nutritiorum voluntate Professioni juris extra ordinem admotus, postquam orationem auspicalem de Amoenitate studii jurisprudentiae hujusque taediis atque difficultatibus vitandis habuit, & solenni programmata famosam illam distinctionem inter theoriam sive punctum juris & hodiernam praxin examinavit, regularis juris ad ductum meritissimi quondam Academiae hujus Antecessoris b. Joannis Eichelli proximo semestri interpretabitur, simulque analogiae juris usum & dextram applicationem demonstrabit., Sommersemester 1717

Privatas ad Struvii Jurisprudentiam forensem & Schwederi Introductionem in jus publicum praelectiones sedulo prosequetur & absolvet., Sommersemester 1717

Addet etiam alias pro honoratissimorum Dom. Commilitonum votis in jurisprudentiam vel universalem, vel feudalem, aut in reliquas jurisprudentiae forensis partes, commentationes., Sommersemester 1717

Neque minus iis, quibus ex cathedra publica suorum in juris studio profectuum periculum facere volupe erit, operam suam promptus exhibebit., Sommersemester 1717

Christophorvs Joannes Conradvs Engelbrecht, Prof. Jur. Extraordinar. regulas juris ad ductum b. Eichellii ea qua hactenus consuevit, ratione practice interpretari, insimulque genuina analogiae juris principia atque cautelas circa doctrinam de aequitate & stricto jure tradere perget, quibus ad finem perductis Struvii Jurisprudentiam forensem publice praeleget., Wintersemester 1717/1718

Privatim jus feudale praeunte Strykio in Examine juris feudalis, ut & Institutiones imperiales, ex voto Dom. Commilitonum vel ad ipsum textum commentaturus, vel ductum Hoppii in Examine Institutionum Imperialum secturus, docebit. Imo etiam finitis proprediem ad Schwederi Introductionem in jus publicum praelectionibus amoenissimam hanc atque utilitissimam disciplinam ipus operam desiderantibus ex genuinis fontibus tradet. Neque iis, qui certaminibus publicis literariis industriam exercere, in qui privati vel publici juris prudentia profectus suos explorare cupient, deerit., Wintersemester 1717/1718

Johannes Conradus Engelbrecht Prof. Jur. Extraord. publicas in Struvii Jurisprudentiam forensem praelectiones sedulo urget, iisque absolutis Institutiones Imperiales interpretabitur., Sommersemester 1718

Privatim finitis ad Jus feudale, Institutiones & Struvii Jurisprudentiam forensem commentationibus Jus publicum ad ductum Schwederi vel Hornii praeleget. Nec non Pandectas ex genuinis fontibus tradet, atque ad usum forensem praecipue terrarum Brunsvico-Luneburgicarum accommodabit. Imo etiam aliarum jurisprudentiae partium interpretationem desiderantibus operam suam pollicetur, & quaecunque poterit ratione institutis vel privatis vel publicis colloquiis & exercitationibus Academicis Dom. Commilitonum commodis inservire studebit., Sommersemester 1718

Christoph. Ioan. Conr. Engelbrecht, Prof. Publ. Jur. Extraord. absolutis haud ita pridem publicis in Struvii Jurisprud. R. G. forens. praelectionibus impraesentiarum in expositione actionum forensium occupatur. Quo fundamento rite collocato, hoc proximo semestri ipsum processum praeuente Strykio in Introductionem ad praxin forensem publice tradet., Wintersemester 1718/1719

Privatim operam iis, qui in dextra juris ad factum applicatione & scriptorum judicialium elaboratione ingenium industriamque exercere cupiunt, offert., Wintersemester 1718/1719

Pandectas quoque atque Institutiones Imperiales uti & ex desiderio honoratiss. commilitonum alias jurisprudentiae partes praeleget., Wintersemester 1718/1719

Christoph. Ioan. Conr. Engelbrecht, Prof. Publ. Jur. Extraord. Praelectiones publicas ad Strykii Introductionem in prax. forens. absolvit, proximoque semestri Institutiones Imperiales publice praeleget., Sommersemester 1719

Privatim iterum ad Struvii Jurisprudentiam R. G. forensem, Schwederi Introductionem in jus publicum & Strykii Examen juris feudalis commentabitur, atque Auditorum profectus examinibus diebus Mercurii & Saturnii instituendis explorabit., Sommersemester 1719

Nec non iis, qui publicis certaminibus literariis exerceri cupiunt, operam suam pollicetur, eamque in rem tum specialia privati atque publici juris argumenta commendabit, tum etiam jus patrium Brunsvico-Luneburgicum enucleatum, cujus Specimen I. jam sub prelo est, publice defendendum proponet., Sommersemester 1719

Christoph. Ioan. Conr. Engelbrecht, P. J. P. O. publice Delineationem historiae juris Thomasianam, eoque labore finito Struvii Jurisprudentiam Rom. Germ. forens. praeleget., Sommersemester 1720

Privatim in praelectionibus Pandectarum, Juris publici, Jurisprudentiae Struvianae & Examinis Hoppiani jam occupatur, quas cum propemodum ad finem perduxerit, simulae unum vel alterum horum collegiorum absolutum fuerit, denuo Pandectas singulis diebus per binas horas interpretabitur, nec non jus feudale ad ductum Strykii tradet, & si tempus supersit, vel textum Institutionum Justineanearum illustrabit, vel Examen Institut. Hoppianum praeleget, disputando quoque & examinando Auditorum suorum profectus atque industriam exploraturus., Sommersemester 1720

Christoph. Ioan. Conrad. Engelbrecht. absolutis publicis ad Institutiones praelectionibus hoc semestri Beyerii Specimen juris Germanici, collatis ubique specialibus potissimum harum terrarum Brunsvico-Luneburgicarum legibus provincialibus, publice interpretabitur atque supplebit., Sommersemester 1721

Privatim in commentationibus ad Pandectas adhuc occupatus est, quibus finitis jus feudale atque processum civilem, adhibitis simul exercitationibus practicis, praeleget, ut & si tempus supersit, Instrumentum pacis Osnabrugensis explicabit, eaque occasione illustres nostri praecipue temporis controversias pertractabit., Sommersemester 1721

[...] Reliquos labores ita dirigit, ut Commilitonum desideriis repsondeant, insimulque ipsorum

commoda promoveantur., Sommersemester 1723

[...] Privata & privatissima Collegia Pandectarum juris feudalis, & juris publicis absolvit. Nunc processum civilem ad ductum Dni. Ludovici in der Einleitung zum civil process privatim praeleget, eaque methodo utetur, ut (1) modum procedendi, prout in judiciis exercetur, tradat, (2) veram processus indolem, quemadmodum tractari deberet, ex genuinis rei judicariae principiis demonstret, (3) legitima media, abusus atque naevos, qui praeter juris rationem in judicia passim irrepserunt, tollendi proponat, & (4) auditores, quibus in specie virium suarum periculum facere allubuerit, perpetuis exercitiis practicis & elaborationibus, praxi judicariae trituraeque forensi assuefaciat. [...], Sommersemester 1723

Christoph. Joan. Conrad. Engelbrecht publice hactenus in illustrando jure Germanico occupatus fuit, hoc autem semestri Institutiones Justinianearum publice interpretabitur, usum illarum practicum vel differentias juris Germanici sollicite ubique ostensurus. [...], Sommersemester 1723

Cristoph. Io. Conr. Engelbrecht publice in interpretatione Institutionum Iustinianearum adhuc occupatur, quo labore finito processum forensem ad ductum D. Ludovici in der Einleitung zum Civil proces publice praeleget. [...], Wintersemester 1723/1724

[...] Privatissimis scholis, quas sedulo continuat, privatum juris publici collegium in usum eorum, quibus non soli foro sed aliis quoque publicis patriae suae usibus inservire constitutum est, adjunget, genuinaeque doctrinae hujus principia ex jurisprudentiae universalis, legum Imperii R. G. fundamentalium, & historiae Germanicae fontibus Auditoribus tradet, specialium quoque in R. G. Imperio rerumpublicarum, quoties occasio tulerit, formas atque jus publicum simul delineaturus. Neque iis deerit, qui in elaboratione scriptorum vel forensium vel negotia publica concernentium, quae vulgo deductionum nomine veniunt, exerceri cupient, ipsiusque operam haec in rem desiderabunt., Wintersemester 1723/1724

Christophorus Ioannes Conradus Engelbrecht publice processum civilem ad ductum Ludovicianae Delineationis processus civilis praeleget. [...], Sommersemester 1724

[...] Privatim quoque operam, quantum privatissimarum lectionum & reliquarum occupationum ratio fert, illis, qui eorum, quae in scholis publicis de processu civili audiverunt, applicationem scriptorum forensium elaboratione aliisque exercitationibus practicis addiscere cupiunt, offert., Sommersemester 1724

[...] privatam operam quoque iis, qui non solum auscultando praelecta sed examinibus quoque aliisque exercitationibus qua Academicis qua forensibus studia sua recte instituere, & augere, ingeniique virorum periculum facere cupiunt, in quavis iurisprudentiae parte offert., Wintersemester 1724/1725

Christ. Io. Conr. Engelbrecht publicas ad processum civilem praelectiones secundum ductum b. Ludovici continuabit; [...], Wintersemester 1724/1725

### **Dissertationen (2)**

De genuinis decisionum juris fontibus in terris Brunsvico-Luneburgici, 29.03.1719

De injusta asylorem immunitatisque ecclesiarum ad crimina dolosa extensione et potestate principis vel abusum asylorem tollendi vel asyla plane abolendi, 11.09.1720

### **Beteiligung an Dissertationen (5)**

Respondent in: Georg d. J. Engelbrecht (Präses): De poena temere litigantium, 23.03.1709

Respondent in: Examen distinctionis vulgaris inter theoriam seu punctum juris et hodiernam praxin, 30.04.1717

Respondent in: De causis impediti hactenus felicitis successus tentatae in Germania emendationis administrationis justitiae, 31.10.1718

Respondent in: De fati jurisprudentiae justitiaeque administrationis in Germania, 11.04.1720

Respondent in: De utilitate atque necessitate studii juris Germanici qua simul ad stabiliendam jurisprudentiae certitudinem de valore, auctoritate et usu jurium quae in foris Germaniae vigent necnon Speculi Saxonici et Suevici disquiritur, 24.11.1721

### **Zitierhinweis**

Prof. Christoph Johann Conrad Engelbrecht. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-61-engelbrecht> [06.07.2026]